

## Cap. 85.

*Contractus ex conventione Legem accipere dignoscuntur. L. 23. ff. b. t. l. 1. §. Si convenit, 6. ff. Deposit. c. 1. de Pact. Pacta enim, etiam ultra; imò & contra naturam contractus debent servari. Sic licet depositarius tantum de dolo, & culpa lata teneatur, potest ex pacto adjecto, etiam ad levem, & levissimam; imò ad casum fortuitum obligari. c. fin. de Deposito, dum tamen pacta non sint contra bonos mores.*

## Cap. 86.

*Dammum quod quis sua culpa sentit sibi debet, non alijs imputare. c. 38. 23. q. 4. l. 22. tit. 34. p. 7. Cum enim damnum sit effectus culpæ, ille, qui culpam commisit, iustum est, quod patiat, & damnum. Sic Clericus sibi debet imputare, si cum præbenda vacat, ob negligentiam eam non petit. c. 11. de Trab. in 6. Sic si Procurator ex delicto suo aliquam pœnam pecuniariam solvat, non repetit illam à Domino. L. 46. §. 5. ff. de Procurat. Similiter focus omnium bonorum, si ob suum delictum damnatus sit, non potest solvere pœnam ex communi, sed ipse tantum damnum sentire debet. L. 52. §. fin. ff. Pro socio.*

## Cap. 87.

*Infamibus portæ non pateant dignitatum. L. 2. C. de Dignit. L. 12. l. 22. tit. 5. p. 1. L. 7. tit. 6. p. 7. In persona enim infami indignè collocatur dignitas. c. 3. D. 81. c. 11. de Exec. Prælator. Sic enim Chrysof. qui benè sederit super Cathedram, honorem accipit ab illa, qui malè sederit injuriam facit Cathedræ. Consonat Ovid. ad Pison. Nam quid imaginibus, quid à vita fulta triumphis atria, quid pleni numerofo consule fasti profuerint, si vita labat? perit omnis in illo gentis bonos, cuius laus est in origine sola. Ideo infames, sive infamia juris, sive facti, non debent ad dignitates, non solum Ecclesiasticas, sed etiam nec ad Seculares admitti: imò debent deponi ab obtentis. L. 7. tit. 6. p. 7. ibi: E tan gran fuerza hà el enfamamiento, que estos atales non pueden ganar de nuevo ninguna dignidad,*

*non honra de aquellas, para que deben ser escogidos ones de buena fama; è aun las que havian ganado, debenlas perder luego que fueren probados por tales. Infamia siquidem est lesio status, dignitatis, seu conditionis alicujus: vel mala existimatio de aliquo quoad aliquid ejus malum. Et est duplex: alia juris, quæ scilicet à jure inducitur, sic Sodomitæ infames sunt per ipsam Legem, quamvis crimen occultum sit: alia est facti, quæ scilicet, ex facto ipso independentè ab omni Lege procedit, & exiit apud viros bonos, & graves: nec enim infamis censetur ille, cujus fama, tantum apud personas leves, pueros, mulieres, & maledicos est laeta: quod clarius ex fama cognitione percipitur. Fama enim, quæ sic à facto dicitur, est duplex: alia de homine, alia inter homines. Fama de homine, quæ etiam dicitur existimatio, sic describitur à f. C. in l. 5. §. 1. ff. de Extraord. cognition. Est dignitas illæ status Legibus, ac moribus comprobatus, qui ex delicto nostro auctoritate Legum, aut minuitur, aut consumitur. Vel aliter potest definiti. Est existimatio bona de aliquo, quoad aliquid ejus bonum, & sunt virtutes, scientia, nobilitas, opes, pulchritudo, vires, valetudo, & alia hujusmodi, quæ bonam de homine existimationem generant; ipsamque apud viros probos commendant. Etenim hic loquimur tantum de bona fama: & quidem illa bona existimatio, quam homines de aliquo concipiunt, facit ut de eo loquantur, & tunc est proprie fama, quia fatetur. Honor, juxta D. Thom. 2. 2. q. 103. art. 1. in corp. testificationem quamdam importat de excellentia alienius. Unde homines, qui volunt honorari testimonium suæ excellentiæ querunt. Hoc testimonium, si inspicitur coram Deo, qui inspector est cordium consistit in solo interiori motu cordis: quoad homines tamen præstatur per aliqua signa exteriora, vel verborum, puta, cum aliquis ore pronuntiat excellentiam alicujus, & tunc dicitur laus. Etiam hoc testimonium præstatur factis, ut inclinationibus, oblationibus, & alijs hujusmodi: vel etiam exterioribus rebus puta in encaniorum, vel numerum oblatione, aut imaginum institutione, vel alijs hujusmodi: ac proinde honor in signis exterioribus, & corporalibus consistit. Reverentia verò non est honor, sed ex una parte est principium morivum ad honorandum, in quantum aliquis ex reverentia, quam habet ad ali-*

## Cap. 88.

*Certum est, quod, si committit in Legem, qui verba Legis complectens contra Legis nititur voluntatem. L. 5. C. de Legibus. L. 17. ff. eod. ibi: Scire leges non est verba earum tenere, sed vim, ac potestatem. L. 29. ff. eod. ibi: Contra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet, in fraudem verò, qui scilicet verbis legis sententiam ejus circumvenit. Magis enim debet attendi mens, quam verba. L. 3. C. de Liber. præter. c. 26. de Privileg. Nam mens, & ratio Legis se habent, sicut anima, & spiritus: verba tamen sicut corpus, vel superficies. Sic quia, ut obviatur hominum avaritiæ, & ambitioni, prohibetur clericis ad aliquam dignitatem, eam antequam confirmetur, administrare, etiam prohibetur, ut sub nomine Æconomi administrant. c. 5. de Elect. in 6. Similiter cum usura sit aliquid præteritabile supra sortem accipere, qui aliquid supra sortem accipit sub quocumque præteritu, vel nomine, usuram committit. c. 3. 14. q. 3.*

*aliquem, eum honorat: ex alia parte est honoris finis, in quantum aliquis ad hoc honoratur, ut in reverentia habeatur ab alijs. Denique honor, est optimorum, quæ non ordinantur ad finem, sed jam sunt in fine: gloria autem est effectus honoris, & laudis, quia ex hoc, quod testificamur de bonitate alicujus clarificat bonitas ejus in notitia plurimorum: & hoc importat nomen gloriæ: nam gloria dicitur quasi clara. Unde Ambros. dicit: Quod Gloria est clara cum laude notitia. Sic D. Thom. Honor ergo est quid excellentius, quam fama: Nam includit famam, quæ consistit in bona opinione & existimatione excellentiæ, & insuper addit manifestationem, & testificationem talis opinionis per aliquod signum externum in quo proprie honor consistit. Sic Less. lib. 2. de Just. cap. 11. n. 5. Fama injustè violatur, & denigratur per detractionem. Honor injustè minuitur per contumeliam. Detractio fit instar furti, ut plurimum occultè, & contra absentem. Contumelia fit instar rapinæ, apertè, & contra præsentem. Ex quibus facillè colliges, quando quis censetur, vel non infamis, & consequenter, quando debet, vel non à dignitatibus excludi.*

444 Denique diversorum axiomatum usufrequentiorum quamdam collectionem attexere libuit, tanquam quoddam juris Armamentarium, in quo telis, & clypeo facile instrui queant novi milites, qui huic facultati operam dant, ut in quacumque materia, quam frequentes occasiones offerent, aliqualem discursum ex his principijs debita proportione applicatis, formare valeant. Sanè aliquando eadem sententia sub diversâ vocum appariencia repeti solet: nec frustra, cum lapsè sub diversâ forma eadem sententia, diversâ, & aliquando aptiori, & opportuniori gaudeat energia. Nec vobis terrorem incutiat, quod aliqua axiomata alijs pugnare videantur: quia si omnia in proprio accipiantur sensu, omnia profectò in suo sensu vera apparebunt. Quod si adhuc vos aliquis poeta scrupulus, Authores consulite, qui latiori calamo de his scribunt: quippe ut Poeta testatur: Non omnis fert omnia tellus. Et temporis angustia (quod ab alijs occupantibus clam arripimus) à tabula jam manum remove, compellit, & urget.

## ARMAMENTARIUM JURIS.

## A

445 **A**ctus debet interpretari, ut potius valeat, quam pereat. L. 80. ff. de Verbor. oblig. L. 12. ff. de Rebus ubi. Actus legitimi, qui diem, aut conditionem non admittunt, per conditionis, vel diei adjectionem vitiantur. L. 77. ff. de Reg. jur. Aliud pro alio invito creditore non rectè Tom. II.

Solvitur. L. 2. §. 1. ff. de Rebus credit. nec alio loco, quam quo conventum est. L. 9. ff. de Eo, quod cert. loc. neque alio tempore. L. 122. ff. de Verb. oblig.

Artsartium est regimen animarum. c. 14. de Stat. & qualis.

Aliquando quod est nullum, & inefficax, dicitur rescindi. L. 5. C. de Rescind. vendit.

Actor debet sequi rei forum. c. 8. de Foro compet.

Actio semelestincta amplius non reviscit. *L. 83. §. 5. ff. de V. O.*  
 Agenti incumbit probatio. *L. 2. ff. de Probation.*  
 Absens in servitio Papæ, vel Episcopi non debet beneficio privari, quin ut præsentis habeatur. *e. 14. de Cleric. non resident.*  
 Attendendum semper est id, quod principaliter, non quod incidenter, geritur. *L. 1. L. 7. ff. de Auctor. Tutor.*  
 Argumentum de contractibus ad ultimas voluntates, & contra, validum est in jure. *L. 44. §. 5. ff. de Legat. 1.*  
 Actore non probante, reus, etsi nihil præstiterit, absolvitur. *e. 3. de Caus. possess. L. 4. C. de Edend.*  
 Avarus gratus imuctur aurum, quam solem. *e. 8. D. 47.*  
 Advocatus non debet indigentibus suum denegare patrocinium. *e. 2. §. Si quis vero; 3. q. 7.*  
 Afflictus non est addenda afflictio. *e. 5. de Cleric. aprot.*  
 A diversis non fit illatio. *e. 12. de Decim. L. 20. ff. de Minor.*  
 Actus agentium non operatur ultra agentium intentionem. *L. 19. ff. de Rebus credit.*  
 Annus inceptus pro completo habetur. *L. 5. ff. Qui testam. facer.*  
 Argumentum à contrario sensu in jure validum prorsus est. *L. 20. §. 6. ff. Qui testam.*  
 Acta faciunt rem notoriam. *L. fin. C. de Re judicat.*  
 Actum nihil dicitur, cum quid superest agendum. *L. 134. ff. de V. O.*  
 Equiparatorum eadem est dispositio. *L. 1. ff. de Legat. 1.*  
 Affectus non punitur, nisi sequatur effectus. *L. 18. ff. de Pœnis;*  
 Allegatio partis neutquam facit jus. *e. 34. de Præbend.*  
 Alteri per alterum fieri non debet iniqua conditio. *L. 7. ff. de Reg. jur.*  
 Anima est proculdubio corpore pretiosior. *e. 12. D. 38. e. 13. de Pœnit. remiss.*  
 Animus ab operibus dignoscitur, & talis præsumitur, qualem facta demonstrant. *L. 7. ff. de Dolo.*  
 Ans naturam, in quantum potest, imitatur. *§. Minorem. Instit. de Adopt.*  
 Ars, & natura nihil faciunt frustra. *L. 18. ff. de V. O.*  
 Admissio, seu inclusio unius est sæpe alterius exclusio. *L. 12. ff. de Judic.*  
 Affectus non sufficit, nisi sequatur effectus.

tus, ubi ex necessitate opus est factu. *e. 1. de Dolo, qui mittit.*  
 Arma Clericorum sunt lachrymæ, & orationes. *e. 3. 23. q. 8.*  
 Aliqua leguntur, ne negligentur, aliqua, ne ignorentur: alia non ut teneamus, sed ut repudiemus. *e. 9. D. 37.*  
 Acumen legentium turbat, & deficere cogit; qui eos à legendis secularibus litteris omnino æstimat prohibendos, cum & ipse Magister Gentium aliquos versus Poetarum suis scriptis, & dictis indidisset. *e. 8. D. 37.*  
 Apud eos, quos oportet esse subiectos, dum nimia à Superiori servatur humilitas regendi frangitur auctoritas. *e. 4. D. 86.*  
 Ad ea, quæ non habent atrocitatem facinoris, vel sceleris in his ignoscitur servis, si vel Dominus, vel his, qui Vicedominorum sunt, veluti Tutoribus, & Curatoribus obtemperaverunt. *L. 157. ff. de Reg. jur.*  
 Absentia ejus, qui Republicæ causa abest, neque ei, neque alij damnosa esse debet. *L. 140. ff. de Reg. jur.*  
 Alterius circumventio alij non præbet actionem. *L. 49. ff. de Reg. jur.*  
 Accusans ex malitia abidubio puniendus est. *e. 4. D. 46.*  
 Adversitas, quæ bonis votis objicitur, probatio virtutis est, non iudicium reprobationis. *e. 48. 7. q. 1.*  
 Advocatus ratione, non probris debet certare. *e. 2. 3. q. 7.*  
 Agenda sunt multa, etiam cum invitis benigna quadam asperitate plectendis, quorum potius utilitati consulendum est, quam voluntati. *e. 2. 23. q. 1.*  
 Ad præteritum non datur potestas. *e. 11. 32. q. 5.*  
 Ad veritatem non possumus pervenire, nisi facti circumstantiis attentis. *e. 14. 23. q. 8.*  
 Aliqui, dum æstimari habentes nolunt, sæpe se quibusdam exquitionibus, plusquam necesse est exercentes, ex nimia subtilitate falluntur. *e. 1. D. 49.*  
 Aliquando oportet malos pro pace tolerare. *e. 1. 23. q. 4.*  
 Ad Romanam Ecclesiam omnibus sine exceptione appellare licet, quasi ad Matrem, ut ejus uberibus nutriatur, auctoritate defendatur, & à suis oppressoribus releventur. *e. 8. 2. q. 6.*  
 Amantudo afflictionum Pastorem obligare non debet, ut à pio mentis proposito juvandi proximos, & gregem regendi recedat, & solam propriam

quieti incumbat. *e. 46. e. 47. 7. q. 1.*  
 Aliquando uno peccante ita Dei super omnem Populum venit. *e. 17. D. 47.*  
 Arrogantia non ita debet caveri, ut veritas relinquatur. *e. 11. 22. q. 2.*  
 Adversa perens, & sibi contrarius audient non est. *e. 54. de Appellat.*  
 Ad Dignitatem majorem transcendendum est à minori. *e. fin. de Translat. Episc.*  
 Appellatione pendente nihil innovandum est. *e. 55. de Appellat.*  
 Appellationis remedium non est ad defensionem iniquitatis, sed ad præsidium innocentie institutum. *e. 61. de Appellat.*  
 Abusus facit, multa etiam justè concessa revocari. *e. 2. de Consec. Præb. in 6.*  
 Arbor, quæ inutiliter terram occupat, succidi oportet. *e. un. de Schismat. in 6.*  
 Argumentum ab absurdo validum in jure est. *e. 14. de Præbend. in 6.*  
 Argumentum à contrario sensu omnino cessat, si alia jura obstant. *Extrav. un. de Judic. Joann. XXII. junct. Glos.*  
 Argumentum abidubio tenet, si dicitur, non est ita, quia jure cautum non reperitur. *Extrav. un. de Vet. Joan. XXII.*  
 Aliquando hominum genio indulgendum est, ne forte peiores exillant, si ab aliqua consuetudine prohibeantur: nam ut ait Salomon: qui multum emungit, elicit sanguinem. *e. fin. D. 4.*  
 Argumentis frequenter, & collationibus latens veritas aperitur. *Extrav. 2. de V. S. Joann. XXII.*  
 Accessorium naturam sequi congruit principalis. *e. 42. de Reg. jur. in 6.*  
 Alienationis verbum etiam usucapionem continet. *L. 28. ff. de V. S.*  
 Armorum appellatio non utique tantum scuta, & gladios, & galeas significat, sed & fustes, & lapides. *L. 41. ff. de V. S.*  
 Absentem accipere debemus eum, qui non est eo loci, in quo loco petitur, & si forte extra continentia urbis abest: ceterum usque ad continentia non abesse videtur, si non latret. *L. 199. ff. de V. S.*  
 Res alienum est, quod nos alijs debemus: res suum est, quod alijs nobis debent. *L. 213. §. 1. ff. de V. S.*  
 Amicos appellare debemus non levi notitia conjunctos, sed quibus fuerint jura cum patrefamilias honestis familiaritatis quaerita rationibus. *L. 223. §. un. ff. de V. S.*  
 Advena est, qui domo profugus est, & colonus adveniens appellatur. *L. 239. §. 4. ff. de V. S.*

Aliud est universitas, aliud singuli de Universalitate. *L. 2. ff. Quod cuiusq. Univers.*  
 Argumentum ab etymologia validum in jure censetur. *L. 1. ff. de Precario. L. 35. §. 1. ff. de Mortis caus. donation.*  
**B**ona intelliguntur deducto ere alieno. *L. 72. ff. de Jur. dotium.*  
 Bona male possessa cum fructibus, & incrementis restitui debent. *e. 11. de Restitut. spoliat.*  
 Bona definitio converti debet cum suo definito. *L. 1 §. 2. ff. de Dolo.*  
 Bonarum mentium est ibi culpam timere, ubi culpa minimè reperitur. *e. 2. de Obsev. jejum.*  
 Boni Rectores ex sua infirmitate aliorum infirmitates penitentes magis per humilitatis, & mansuetudinis levamentum student peccantes ab erroris laqueo eruere, quam per austeritatem in foveam perditionis nutantes propellere. *e. 16. D. 45.*  
 Bellum licite potest fieri, non desiderio fundendi sanguinis, sed dilatanda causa Republicæ, in qua Deas colitur, quatenus Christi nomen per subditas gentes fidei prædicatione circumquaque discurrat. *e. 49. 23. q. 4.*  
 Bella, etiam apud veros Dei cultores justa sunt, quæ non cupiditate, aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, ut mali coercerentur, & boni subleventur. *e. 6. 23. q. 1.*  
 Bona rei date consilium, & presentis habetur vite subsidium, & æternæ remunerationis expectare certant, & si des eorum datur non intelligentium propositum nostrum. *e. 2. D. 43.*  
 Bonum publicum debet præferri privato. *Extrav. un. de Privileg. Joann. XXII. L. 3. C. de Præcip. lib. 12.*  
 Brevitas in scribendo recommendabilis est. *Extrav. 1. de V. S. Joann. XXII.*  
 Beneficium Ecclesiasticum non potest

licitè sine institutione Canonica obtineri. *c. 1. de Reg. jur. in 6.*  
 Bona fides non patitur, ut semel exactum, iterum exigatur. *c. 83. de Reg. jur. in 6. L. 57. ff. cod.*  
 Bonis concessis, etiam obligationes videntur concessæ. *L. 21. ff. de V. S.*  
 Bona proprie non dicuntur, quæ plus incommodi, quam commodi habent. *L. 83. ff. de V. S.*  
 Bonæ fidei emptor esse videtur, qui ignoravit, eam rem alienam esse. *L. 109. ff. de V. S.*  
 Beneficium Principis latissimè interpretari debet. *c. 16. de V. S.*

**C**

447 Cessante causa cessat effectus. *c. 60. de Appellat. L. 6. §. 2. ff. de Jure patron.*  
 Castitas est res meri consilij, ad quam non potest Ecclesia obligare. *c. 13. §. 2. q. 1.*  
 Conscientia est necessaria nobis; fama proximis nostris; qui fidens conscientia negligit famam suam crudelis est. *c. 10. 12. q. 1.*  
 Culpa in calibus fortuitis non præsumitur, nisi probetur. *L. 18. §. 1. ff. de Probation.*  
 Charitas omnia tolerat. *c. fin. de Penit. D. 3.*  
 Causa in proemio posita censetur finalis. *L. 21. tit. 1. p. 6.*  
 Coacta voluntas voluntas est. *L. 21. §. 5. ff. de Eo, quod metus caus. c. 1. 15. q. 1.*  
 Calitatem promittere est viam arctissimam ingredi. *c. 3. D. 28.*  
 Conditions, quæ tacite insunt, non faciunt dispositionem conditionalem. *L. 99. ff. de Condit. & demonstr.*  
 Correcta ratione Legis Lex ipsa censetur correctæ. *c. 7. de Serv. non Ordinanda.*  
 Culpa lata dolo comparatur. *L. 226. ff. de V. S.*  
 Correlativorum idem est judicium, & in uno dispositum ad aliud trahitur. *L. fin. ff. de Acceptilat.*  
 Contrariorum eadem est ratio, & disciplina. *L. 1. ff. de His, qui sui.*  
 Communio non leves solet parere discordias. *L. 77. §. 20. ff. de Legat. 2.*  
 Casus superveniens, qui in perionam cadit, actum non vitiat, etsi ab initio impediret. *L. 8. ff. de His, qui.*  
 Consectudo est optima Legum inter-

pret. *c. 8. de Consuet. L. 37. ff. de Legib.*  
 Consectudo cujusque Provincia, quæ Sacris Canonibus non manifestè obviat sequenda est. *c. 3. de Donat.*  
 Congregatio dicitur, ubi duo, vel tres fuerint in simul. *c. 1. de Election.*  
 Correctio jurium in dubio vitanda est. *L. 32. §. fin. C. de Appellat. c. 29. de Election. in 6.*  
 Corpus mulieris non vis maculat, sed voluntas. *c. 6. 32. q. 5.*  
 Confessio semel facta nequit revocari nisi in continenti. *c. 7. de Testib. cogend.*  
 Casus omisus Juris Communis relinquuntur dispositioni. *L. 64. §. 9. ff. Solut. matrim.*  
 Consectudo, sicuti jurisdictionem tollere, restringere, & imminuere potest, ita etiam potest jurisdictionem dare, extendere, & ampliare. *c. 13. de Foro competent.*  
 Capitulum Sedevacante, succedit in jurisdictionem Episcopi Ordinariam, secus in delegatam, & specialem. *c. 11. c. 14. de Majorit. & obedient.*  
 Charitas bene ordinata incipit à semetipso. *L. 6. C. de Servit. c. 9. 23. q. 5.*  
 Culpa tantum suos debet tenere Authores. *c. 2. de His, que sunt à major. part.*  
 Concesso aliquo intelligitur concessum omne id, quod est necessarium ad ipsum. *L. 2. ff. de Jurisdicth.*  
 Clericorum appellatione in favorabilibus veniunt omnes Ecclesiastici. *c. 11. de Stat. & qualit.*  
 Consectudo parem vim cum Lege habet. *c. fin. de Consuetud.*  
 Casus superveniens recipit interpretationem secundum casum præcedentem. *c. 3. §. Item quaritur de Baptism.*  
 Circuitus inutilis, & vitiosus prorsus vitandus sunt. *Cl. 3. de Rescript.*  
 Condicio formam actus, cui apponitur inducit. *L. 44. ff. de Condit. & demonstr.*  
 Contrariorum contraria est ratio, & contrarius effectus. *L. fin. ff. de Edend.*  
 Creditores sunt quibus ex quacumque actione debetur sine ulla exceptionis perpetuæ remotione. *L. 10. ff. de V. S.*  
 Conjuncta aliquando pro disjunctis, aliquando disjuncta pro conjunctis, intertendum soluta pro separatis accipiuntur. *L. 53. ff. de V. S.*  
 Collegarum appellatione hi continentur, qui sunt ejusdem potestatis. *L. 173. ff. de V. S.*

Charitas phreneticum castigando, & lethargicum stimulando amans, ambo offenduntur, sed ambo diliguntur: ambo melesati, quando agri sunt indignantur, sed ambo sanati gratulantur. *c. 25. 23. q. 4.*  
 Congregatio dicitur, ubi duo, vel tres fuerint in simul. *c. 1. de Election.*  
 Charitas ferreat ad corrigendum, ad emendandum, si sunt boni mores delectent, si sunt mali emendentur. *c. 26. 23. q. 5.*  
 Constitutio ad præterita non extenditur, nisi nominatim de eis caveatur. *c. fin. de Constit.*  
 Capite languescente cætera corporis membra inficiuntur. *c. 13. 6. q. 1.*  
 Casum appetit qui ad lummi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quarit ascensum. *c. fin. D. 48.*  
 Cathedra non facit Sacerdotem, sed Sacerdos Cathedram: non locus sanctificat hominem: sed homo locum: qui bene sederit super Cathedram honorem accipit ab illa: qui male sederit injuriam facit Cathedra. *c. fin. D. 40.*  
 Cogitationis poenam nemo patitur. *c. 14. de Penit. D. 1.*  
 Communicatio malorum nullum maculat, sed consensio factorum. *c. 7. 23. q. 4.*  
 Culpa caret qui scit, sed prohibere non potest. *L. 50. ff. de Reg. jur.*  
 Cujus per errorem dati repetitio est, ejus Consulto dati donatio est. *L. 53. ff. de Reg. jur.*  
 Cavillationis (quam syllogisimum acervalem appellant) natura est, quod ab evidentè veris per brevissimas mutationes disputatio ad ea, quæ evidentè falsa sunt, perducatur. *L. 65. ff. de Reg. jur.*  
 Conditions licitæ, & honestæ omnino servandæ sunt. *c. 30. 18. q. 2.*  
 Consectudo perveria ex diuturnitate non levigat crimen, sed auget. *c. 34. 24. q. 1.*  
 Cum consuetudini veritas suffragatur, nihil oportet firmissimum retineri. *c. 7. D. 8.*  
 Conversio in extremis, licet raro vera sit, desperandum tamen non est. *c. 6. de Penit. D. 7.*  
 Convivium Clericorum debet præcedere mensa benedictio, inter mensam lectio, post mensam gratiarum actio. *c. 8. D. 44.*  
 Cum correctio districtius agitur, ex charitate agendum est, non ex furore. *c. 11. 12. q. 1.*

Quilibet licet suum errorem corrigere, & illicitè commissa in melius revocare. *c. 1. §. Quia, 35. q. 9.*  
 Confabulatio Monachi cum Sanctimoniali debet esse per modica, & compendiosa verba, & in brevi ab ea discedat. *c. 21. 18. q. 2.*  
 Cujus in agendo quis observat arbitrium, eum habere, etiam contra se judicem in eodem negotio non dedigneur. *c. 1. 3. q. 8.*  
 Cum displicet is, qui ad intercedendum mittitur, irati animus proculdubio ad ulteriora provocatur: neque in Omnipotentis Dei judicio quid, sed à quo datur, inspicitur. *c. 5. 3. q. 7.*  
 Crimen ubi commissum est puniri debet. *c. 1. de Raptor.*  
 Contrariorum non semper est eadem disciplina; arg. *c. fin. de V. S.*  
 Cum sunt partium jura obscura, res favendum est potius, quam actori. *c. 11. de Reg. jur. in 6.*  
 Consectudo sine veritate verustas erroris est. *c. 8. D. 8.*  
 Cum quis in jus succedit alterius justam ignorantia causam censetur habere. *c. 14. de Reg. jur. in 6.*  
 Cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex illo. *c. 39. de Reg. jur. in 6.*  
 Cui licet quod est plus, licet utique quod est minus. *c. 53. de Reg. jur. in 6.*  
 Contra eum, qui Legem dicere potuit apertius est interpretatio facienda. *c. 57. de Reg. jur. in 6.*  
 Cum non stat per eum, ad quem pertinet, quominus conditio adimpleatur, haberi debet perinde ac si impleta fuisset. *c. 66. de Reg. jur. in 6.*  
 Cum quid una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti. *c. 84. de Reg. jur. in 6.*  
 Contractus ex conventionione Legem accipere dignoscuntur. *c. 85. de Reg. jur. in 6.*  
 Certum est, quod is committit in Legem, qui Legis verba complectens contra Legis nitur voluntatem. *c. fin. de Reg. jur. in 6.*  
 Cautum intelligitur, sive personis, sive rebus cautum sit. *L. 188. ff. de V. S.*  
 Cedere diem significat incipere debere pecuniam: venire diem significat, eum diem venisse, quo pecunia peri potest. *L. 213. ff. de V. S.*  
 Cum verbum. Resituas in Lege invenitur, etsi non specialiter de fructibus additum est, tamen etiam fructus sunt

unt restituendi. *L. 173. §. 1. ff. de Reg. jur.*  
 Concordia gaudet Altissimus, & gloria-  
 tur in membris suis. *c. 5. q. 3.*  
 Concordia res parvæ crescunt, discordia  
 maximæ dilabuntur. *L. 21. tit. 26. p. 2.*  
*Juncti. Gloss.*

## D

448 Discretio est mater virtutum. *c. 1. de Offic. Custod.*  
 Dicitio quasi improprietas denotat. *L. 2. ff. de Inoffic. testam.*  
 Dolus non præsumitur, nisi probetur. *L. 51. ff. Pro socio.*  
 Dimissio momentanea moraliter non cen-  
 setur dimissio. *L. 3. ff. de Divort.*  
 Difficile est, ut bono peragantur exitu,  
 quæ malo sunt inchoata principio. *c. 5. D. 61.*  
 Diversa profectio sunt præcipere, & per-  
 mittere: quod enim permittimus nõ-  
 lentes præcipimus, quia malas homi-  
 num voluntates ad plenum prohibere  
 non possumus. *c. 9. q. 1.*  
 Delegatus formam mandati si sit præscrip-  
 ta ad amissum servare debet. *c. 22. de Rescript.* si non est præscripta, juris  
 formam servabit. *c. 13. de Offic. Deleg.*  
 Dignus est operarius mercede sua. *c. 1. de Sepultur.*  
 De oculis non judicat Ecclesia. *c. 33. c. 34. de Simon. c. 11. D. 32.*  
 Debitor potest in quacumque pecunia cur-  
 rente solvere, si aliud non sit Conven-  
 tum. *L. 6. tit. 14. lib. 6. R. C.*  
 Dispositio, quantumvis generalis censetur  
 fieri de presentibus, non autem de fu-  
 turis, quæ nondum existunt, nisi aliud  
 exprimat; *arg. L. 46. ff. de Legat. 2.*  
 Dominium insolidum nequit esse apud  
 duos. *L. 5. §. 15. ff. Commodat.*  
 Dies interpellat pro homine. *L. 12. C. de Contrab. stipulat. c. fin. de locat.*  
 Duo testes regulariter gerunt vicem unius,  
 quamvis maximæ sit autoritatis. *c. 28. Juncti. c. 23. de Testib.*  
 Delegatus a Principe subdelegare potest.  
*c. 3. de Offic. delegat. quin, & delegatus ab inferiori: non tamen generaliter, sed in aliquibus casibus.*  
 Deceptis, non decipientibus jura subveniunt. *c. 8. de Rerum permutat.*  
 De exiguis non curat Prætor. *L. 4. ff. de In integr. restitut.*  
 Docti in Dei Ecclesia, velut splendor ful-  
 gent firmamenti. *c. fin. de Magist.*

Delicta merè interna solum à Deo pu-  
 niuntur, qui solus secretorum cogno-  
 ritor, & Judex est. *c. 11. D. 34.*  
 Dicitum unius dicitum nullius. *L. 9. §. 1. C. de Testib.*  
 Difficile est injuriato temperare dolore. *L. 4. C. ad Leg. Juliam de Adult.*  
 Dum reverentiam minores potioribus ex-  
 hibent, & potiores minoribus dilec-  
 tionem impendunt vera concordia fit,  
 & ex diversitate contextio, & recte of-  
 ficiorum geritur administratio singulo-  
 rum. *c. fin. D. 89.*  
 Dubia ardua ad Apostolicam Sedem sunt  
 referenda, ut reolvantur. *c. 4. D. 17.*  
 De rapina holocaustum offert, qui sive  
 ciborum nimia egestate, vel somni pe-  
 nuria corpus immoderate affligit, ac  
 proinde non est Deo acceptabile. *c. 24. de Cenf. D. 5.*  
 Difficile solent coherere, & conjungi,  
 quibus, & studia, & vota diversa sunt.  
*c. 22. 16. q. 7.*  
 Dum nimia in superioribus servatur hu-  
 militas regendi frangitur auctoritas. *c. 4. D. 86.*  
 Delictum, quod in secreto fit, non pa-  
 lam, sed in secreto corrigi debet.  
*c. 19. 2. q. 1.*  
 Detestabile sane est, in tugurio rustica-  
 no natum, & milio nutritum, in Reli-  
 gione simulari, & mella fastidire. *c. 71. 12. q. 2.*  
 Diversitas cultus plurimum est materia  
 discordiæ. *c. fin. D. 90.*  
 Dignitates in indignis vituperabiles appa-  
 rent, in benemeritis recomendabiles  
 sunt. *c. 7. D. 40.*  
 Delinquentes, qui ad sua delicta iterato,  
 velut canes ad vomitum reversi fac-  
 rint, & veluti sues in volutabris luti  
 jacuerint, severius puniuntur. *c. 2. 15. q. 7.*  
 Delinquentes frustra ex consortio com-  
 plicis solantur, quia non propterea mi-  
 nus ardent, qui cum multis ardent.  
*c. 18. 2. q. 1.*  
 Distingue tempora, & concordabis jura.  
*c. 19. 2. q. 1.*  
 Diversitas personarum diversam recipit  
 medicinam. *c. 1. 14. q. 6.*  
 Declarare, non est novum jus edere, sed  
 antiquum patefacere. *L. 21. §. 1. ff. Qui testam. c. fin. de Decim. in 6. Juncti. Gloss.*  
 Dubia in meliorem partem interpretari  
 debent. *c. 2. de Reg. jur.*  
 Decet, concessum a Principe beneficium  
 esse mansurum. *c. 16. de Reg. jur. in 6.*  
 Dolo facit, qui petit, quod restituere  
 oportet eundem. *c. 59. de Reg. jur. in 6. L. 173. §. fin. ff. eod.*  
 Delictum personæ non debet in detrimen-  
 tum Ecclesiæ redundare. *c. 76. de Reg. jur. in 6.*  
 Damnum, quod quis sua culpa sentit,  
 sibi debet, non alijs imputare. *c. 86. de Reg. jur. in 6.*  
 Derogatur Legi, cum pars detrahitur,  
 abrogatur Legi, cum prorsus tollitur.  
*L. 102. ff. de V. S.*  
 Debitor intelligitur is, à quo invito exigi  
 pecunia potest. *L. 108. ff. de V. S.*  
 Duobus negativis verbis, quasi permi tit  
 Lex magis, quam prohibuit. *L. 237. ff. de V. S.*  
 Dicitio, antequam, non semper implicat.  
*c. 4. de V. S.*  
 Decuriones, quidam dictos ajunt, ex eo,  
 quod initio pars Colonia deducerentur,  
 decima pars eorum consilij publi-  
 ci gratia conscribi solita sit. *L. 239. §. 5. ff. de V. S.*  
 Domum suam reficere unicuique licet,  
 dum non officiat invito alteri, in quod  
 jus non habet. *L. 61. ff. de Reg. jur.*  
 Donari videtur, quod nullo jure cogente,  
 conceditur. *L. 82. ff. de Reg. jur.*

Exemptio declarat regulam. *L. 4. §. 1. & 2. ff. de Penu legat.*  
 Exemptio firmat regulam in contrarium.  
*L. 20. §. 6. ff. Qui testament.*  
 Exemptus suam exemptionem, & privi-  
 legia defendere, & conservare tenetur.  
*c. 8. 7. q. 1. c. 5. de Arbitr.*  
 Error contentum excludit, & imperitiam  
 detegit. *L. 15. ff. de Jurisdic.*  
 Ex principio generali Lex generalis cen-  
 setur, quin per exempla restringatur.  
*L. 9. §. fin. ff. de Jur. & fact. ignor.*  
 Error facti ne maribus quidem in dam-  
 nis, vel in compendis obest, juris autem  
 error nec foeminas in compendijs  
 prodest. Ceterum omnibus juris error  
 in damnis amittendæ rei suæ non nocet.  
*L. 8. ff. de Jur. & fact. ignorant.*  
 Expediens profectio est singulas causas  
 singulis appellationibus distingui. *§. 5. Inst. quib. mod. testam.*  
 Episcopus in aliena Diocesi ut privatus  
 habetur. *c. 1. 16. q. 5.*  
 Expressio eorum, quæ tacite insunt nihil  
 operatur. *L. 3. ff. de Legat. 1.*  
 Ex casu fortuito quis tenetur, si præces-  
 sit culpa, pactum, vel mora. *C. un. de Commodat.*  
 Ex conversatione æquali contemptus  
 dignitatis nascitur. *L. 19. ff. de Offic. Præsida.*  
 Ex majoritate, & majori decore orna-  
 tum majoritas apparet dignitatum.  
*c. 6. de Privileg. in 6.*  
 Ecclesiastica censura comprehendit ex-  
 communicationem, suspensionem, &  
 interdictionem. *c. 20. de V. S.*  
 Ejus est nolle, qui potest velle. *L. 3. ff. de Reg. jur.*  
 Ea quæ raro accident non temerè in ne-  
 gotijs computantur. *L. 64. ff. de Reg. jur.*  
 Exceptio, cum ad defensionem reorum  
 pertinet, jure Naturali conceditur.  
*c. 5. de Exception.*  
 Ecclesia Romana est caput, Mater, & Ma-  
 gistra omnium Ecclesiarum. *c. 1. D. 12.*  
 Error, cui non restituitur, approbatur.  
*c. 3. D. 85.*  
 Extra Ecclesiam nullus omnino salvatur.  
*c. 1. de Sum. Trinit.*  
 Ecclesia nulli claudit gremium redeuntij.  
*c. 4. de Heretic. in 6.*  
 Episcopus, qui crimina non corrigit, magis  
 dicendus est canis impudicus, quam  
 Episcopus. *c. 2. D. 83.*  
 Ecclesia pro malefactoribus intercedere  
 debet, sed non eos defendere. *c. 3. 24. q. 6.*

## E

449 Expressa nocent, non expressa non  
 nocent. *L. 195. ff. de Reg. jur.*  
 Exempla regulam declarant. *L. 3. §. 2. ff. de Collation.*  
 Experientia rerum mater est, & magistra.  
*c. 6. de Election. in 6.*  
 Extrema omnia communiter sunt vitiosa,  
 & ex duobus contrarijs fit medium opti-  
 mum. *L. 6. §. fin. ff. de Offic. Procons.*  
 Erubescimus, dum sine textu loquimur.  
*L. 9. C. de Collation.*  
 Extra territorij jus dicenti non paretur  
 impune. *L. fin. ff. de Jurisdic. C. fin. de Constit. in 6.*  
 Effectus Legis non debet excedere Legis-  
 latoris voluntatem. *L. 19. ff. de Rebus credit.*  
 Exemptus ratione officij sit subditi Or-  
 dinarij. *c. 16. de Privileg. c. 1. eod. in 6.*  
 Ecclesia jure minoris gaudet. *c. 1. de In integr. restitut.*  
 Ecclesia solum spirituales gradum habet,  
 & quidem non ad occidendum,  
 sed ad vivificandum. *c. 6. 33. q. 2.*  
 Exceptio debet esse de regula. *L. 18. ff. de Testib.*

Ecclēsia Catholica est multitudo fidelium fide, & charitate unita. *c. 38. l. 1. q. 1.*  
 Ecclēsia Romana est prima Petri Apostoli sedes non-habens maculam, neque rugam. *c. 3. D. 21.*  
 Ecclēsia Romana habet plenitudinem potestatis, alie Ecclēsiæ vocatæ sunt in partem sollicitudinis. *c. 8. 3. q. 6.*  
 Ecclēsiæ omnes Ecclēsiam Romanam debeat sequi. *c. 11. D. 11.*  
 Eleemolyna, quæ corporaliter datur, si non benigno corde tributur, omnino non sufficit. *c. 13. D. 45.*  
 Episcopus in quolibet loco sedens stare Presbyterorum non patitur. *c. 9. D. 95.*  
 Episcopo non sufficit æqualem cum subditis gerere vitam; sed sicut est in honore superior, sic, & vita debet esse præstantior. *C. fin. 8. q. 1.*  
 Expedit facultates Ecclēsiæ possideri, & proprias perfectionis amore contemni. *c. 13. 12. q. 1.*  
 Ecclēsiæ Matricis nomine communitè non Romana; sed Cathedralis intelligitur. *c. 22. de V. S. quin,* & aliquando intelligitur Parochialis. *Glem. 1. de Sentent. Excommunic.*  
 Ejus est interpretari, cujus est condere. *c. 12. de Judic.*  
 Ea, quæ sunt à Judice, si ad ejus non spectant officium, viribus non subsistunt. *c. 26. de Regul. jur. in 6. l. 170. ff. eod.*  
 Eum, qui certus est certiorari ulterius non oportet. *c. 31. de Reg. jur. in 6.*  
 Ex eo non debet quis fructum consequi, quod nisi extitit impugnare. *c. 38. de Reg. jur. in 6.*  
 Exceptionem objiciens non videtur de intentione adversarij confiteri. *c. 63. de Reg. jur. in 6.*  
 Ea, quæ dari impossibilia sunt, vel quæ in rerum natura non sunt, pro non adjectis habentur. *L. 135. ff. de Reg. jur.*  
 Et si nihil facile mutandum est ex solemnibus, tamen ubi æquitas evidens expolcit, subveniendum est. *L. 183. ff. de Reg. jur.*  
 Excellius, & peccata Prælatorum non facile credi debent, quia quasi signum ad sagittam positi sunt. *c. 24. de Accus.*  
 Ex majori sede major dignitas cognoscitur. *c. 23. de Privileg.*

## F

450 Falsus, & mendax est qui veritatem occultat, & qui prodit menda-

cium: ille, quia prodesse non vult, ille, quia nocere desiderat. *c. 1. de Crimin. fals.*  
 Facilitas veniæ incentivum tribuit delinquendi. *c. 13. de Vita, & honest.*  
 Familiaritas nimia mulierum antiqui hostes sibi mulos incitat. *c. 23. D. 81.*  
 Facilius jura conservantur, quam adquiruntur. *L. 8. ff. de His, qui sui.*  
 Fines mandari diligentè sunt custodiendi. *L. 5. ff. Mandat. c. 22. de Rescript.*  
 Facilius invenitur quod à pleribus senioribus queritur. *c. 3. D. 20.*  
 Frangenti fidem fides non est servanda. *L. 21. ff. de Inoffic. Testam.*  
 Facientes, & contentientes aequali poena puniuntur. *c. 29. de Sentent. excom.*  
 Forma, etiam si in minimo deficiat, totus actus corrumpitur. *L. 8. §. Si prater, ff. de Transact.*

Fundamento destructo, ædificium super ædificatum corrumpitur. *L. 8. ff. Quod vi aut clam.*

Fere impossibile est, quod omnes in idem placitum consentiant. *L. 1. §. fin. ff. de Acquirend. possess.*

Finis est primus in intentione, & ultimus in executione. *L. 1. C. de Execut. rei judic.*

Fides publica, etiam hostibus est servanda. *L. 5. §. 1. ff. de Pactis. c. 3. 23. q. 1.*

Factum præsumitur quod fieri conuevit. *L. 14. ff. de Annis legat.*

Factum non præsumitur, nisi probetur. *L. 12. §. Facti, ff. de Captiv. & com. DD.*

Fictio cessat, ubi veritas locum habere non potest. *L. 16. ff. de Adoption.*

Fortitudo, quæ vel in bello tuetur à Barbaris Patriam, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus Socios plena justitiæ est. *c. 5. 23. q. 3.*

Ferro necesse est, ut abscondantur vulnera, quæ fomentorum non sentierint medicinam. *c. 4. D. 82.*

Falsa mansuetudo crudelitas est. *c. 24. 23. q. 4.*

Fletus immoderatus non debet fieri pro morte amicorum, quia ipsos per mortem non amittimus, sed præmittimus. *c. 25. 13. q. 2.*

Factum legitime retractari non debet, licet casus postea eveniat à quo non potuit inchoari. *c. 73. de Reg. jur. in 6.*

Frustra sibi fidem quis postulat ab eo servari, cui fidem à se præstitam servare recusat. *c. 75. de Reg. jur. in 6.*

Filij appellati omnes liberos intelligimus. *L. 84. ff. de V. S.*

Forum est exercendarum litium locus. *c. 10. de V. S.*

Fœminæ ab omnibus officiis civilibus, vel publicis remotæ sunt. *L. 2. ff. de Reg. jur.*

Furiosus nullum negotium contrahere potest. *L. 5. ff. de Reg. jur.*

Furiosus, vel ejus, cui bonis interdictum sit, nulla voluntas est. *L. 40. ff. de Reg. jur.*

Ferè in omnibus pœnalibus Judicijs, & atati, & imprudentiæ succurritur. *L. 108. ff. de Reg. jur.*

Favorabiliores rei potius, quam actores habentur. *L. 125. ff. de Reg. jur.*

Factum cuique suum, non adversario nocere debet. *L. 155. ff. de Reg. jur.*

Facta prudentissimos plerumque fallunt. *L. 2. ff. de Jur. & fact. ignor.*

## G

451. Generales definitiones ad generales, non ad singulares casus adaptari debent. *L. 5. ff. de Legib.*

Generalis dispositio omnes species, sub se contentas comprehendit. *L. 79. ff. de Legat. 3.*

Gladio seculari utendum est, quando spiritualis contemnitur potestas. *c. 9. de Hæretic.*

Gloria Episcopi est pauperum inopiæ providere: ignominia Sacerdotis est proprijs studere divitijs. *c. 71. 12. q. 2.*

Gratias debemus agere Deo, & hominibus, à quibus beneficia accepimus. *c. 65. 16. q. 1.*

Generi per speciem derogatur. *c. 34. de Reg. jur. in 6. l. 80. ff. eod.*

## H

452. Habitus non facit Monachum, sed professio Religiosa. *c. 13. de Regularib.*

His, quibus interdicitur, ut absque Superioris licentiæ eligere non præsumant; tempus statutum à Canone currit ex quo in mora fuerint licentiæ hujusmodi postulandi. *c. fin. de Elect.*

Hæres personam defuncti representat. *L. 14. C. de Re vindicat.*

Homo debet facere, etiam pro temporali hominum salute, quod possit. *c. 15. 22. q. 2.*

Homines disparis professionis difficile sociantur, ac proinde non debet quis ad regimen illorum, qui divertæ professionis sunt, eligi; quia secundum Le-

Tom. II.

gem Divinam non est arandum in bove, & asino, nec quisquam debet induere vestem de lana, linoque contra textam. *c. 27. de Elect.*

Habentibus dare, nihil aliud est, quam perdere. *c. 1. 1. q. 2.*

Horrenda impietas est de Dei bonitate desperare. *c. 13. 26. q. 6.*

Homini Religioso parum esse debet inimicitias aliorum non exercere, vel non augere male loquendo, nisi etiam eas extinguere bene loquendo studuerit. *c. 89. 11. q. 1.*

Habere non potest Deum Patrem, qui Ecclēsiam non habet Matrem. *c. 19. 24. q. 1.*

Hoc tollit fideus quod non accipit Christus. *c. 8. 16. q. 1.*

Honor non est suscipiendus, nisi prius is qui adipisci, desiderat, vires suas cum onere metiatur. *c. 27. l. q. 1.*

Humani moris est illum vereri, cujus iudicio, & voluntate nunc erigitur, nunc deprimitur. *c. 1. 16. q. 2.*

Honor divitijs proculdubio præferri debet. *L. 26. ff. Si quis omis caus. testam.*

Hæreditas nihil aliud est, quam successio in universum jus, quod defunctus habuit. *L. 24. ff. de V. S.*

Hostes sunt hi, qui nobis, aut, quibus nos publice bellum dedecimus. Ceteri latrones, aut prædones sunt. *L. 118. ff. de V. S.*

Hæreditatis appellatio etiam damnosam hæreditatem continet. *L. 119. ff. de V. S.*

Hæredis appellatio non solum ad proximum heredem, sed & ad ultiores refertur, nisi in aliquibus casibus. *L. 65. L. 70. ff. de V. S.*

Hæredem ejusdem potestatis, jurisque esse, cujus fuit defunctus, constat. *L. 59. ff. de Reg. jur.*

## I

453. In quo quis peccat, debet puniri, arg. *c. 2. de Temp. ordinat.*

In bene constituta Republica poenis, & præmijs propositis homines ad virtutem impellere, allicereque vehementer Legumlatores student. *L. 1. §. 1. ff. Jusf. C. jur. L. fin. C. de Statuis, & imagin.*

*L. 3. tit. 1. p. 1.*

Judex, qui suæ jurisdictionis limites excedit, ut privatus habetur, eique potest resisti. *L. 5. C. de Jur. Fisci.*

Juri publico non potest à privatis renuntiari. *c. 12. de Foro compet. L. 38. ff. de Passis.*

Idem juris est de toto ad totum, ac de parte ad partem. *L. 7. ff. de Rei vindic.*  
 Jus Canonicum aequitate fundatur potius, quam subtilitate nimia. *c. 6. de Judic.*  
*c. fin. de Transact.*  
 In ipsa Ecclesia ubi maximè misereri de-  
 ceat, teneri quam maximè debet forma  
 iustitiæ. *c. 33. 23. q. 4.*  
 Jura iuribus concordari debent. *c. 29. de  
 Elect. in 6.*  
 Inter alios res acta alijs non præjudicat.  
*c. 6. de Fide instrument.*  
 Id possumus quod de jure possumus. *L.  
 125. ff. de V. S.*  
 Juramentum, quod sine dispendio salutis  
 æternæ, & tertij præjudicio potest im-  
 plexi, servandum est. *c. 28. de Jur. jur.*  
 Jure non de Legibus, sed secundum Le-  
 ges debet judicare. *c. 3. D. 4.*  
 Judex delegatus in causa sibi commissâ est  
 major quocumque Judice. Ordinario.  
*c. 11. de Offic. Delegat.*  
 Judicis est altimare, an sua sit jurisdictio.  
*L. 5. ff. de Judic.*  
 Idem est aliquid fieri tempore prohibito,  
 ac in tempore prohibito confecti. *L.  
 13. ff. de Jurisdic.*  
 In necessitate extrema bona communia  
 sunt. *L. 2. ff. ad Leg. Rho. l. c. 8. D. 47.*  
 Inter duo mala, si utrumque vitia ne-  
 queat, minus eligi ipsa ratio naturalis  
 dicat. *c. 1. D. 13. c. 7. 22. q. 4. L. 200. ff.  
 de Reg. jur.*  
 Intere est magis non solvere, quam solutum  
 repetere. *L. 3. ff. de Compensat.*  
 Iniquum est ex alterius pacto alterum  
 obligari. *L. 26. C. de Transact.*  
 In notarij cognitio judicialis non requi-  
 ritur. *c. 1. de Offic. delegat. in 6.*  
 Iteratio notabiliter aggravat delictum.  
*L. 28. §. 2. & 10. ff. de Pœnis.*  
 Judex definit esse Judex ex quo causam  
 retulit superiori. *c. 5. de Offic. Legat.*  
 In contractibus plena, in testamentis ple-  
 nior, in beneficijs plenissima est inter-  
 pretatio adhibenda. *c. 6. de Donat. in 6.*  
 In causis spiritualibus possunt puberes,  
 etiam sine curatore stare in judicio. *c.  
 fin. de Judic. in 6.*  
 In causis Ecclesiasticis Leges Sæculares  
 non designantur Sacros Canones imi-  
 tari. *c. fin. de Secund. nupt.*  
 In restitutione, quæ ex iustitia fit, debet  
 restituens fructus reddere, omnia cum  
 integritate restituere, damna plenariè  
 restituisse, & de illatis injurijs compe-  
 tenter satisfacere. *c. 11. de Restitut.  
 Spoletat.*  
 Ille tantum repudiare potest, qui potest

acquirere. *L. 13. ff. de Acquir. heredit.*  
 Ille intelligitur rem facere, si, g. subscri-  
 bere, cujus nomine res fit. *L. 1. §. 12.  
 ff. de Vi, & vi armat.*  
 In omni juramento intelligitur excepta  
 voluntas Superioris. *c. 19. de Jur. jur.*  
 Invito beneficium non datur. *L. 69. ff. de  
 Reg. jur.*  
 In generali administratione bonorum non  
 venit facultas donandi, nisi expresse  
 concedatur, cum donare perdere sit.  
*L. 7. ff. de Donat. in 6.*  
 Ingratus debet beneficio spoliari. *c. fin. de  
 Postuland. c. fin. de Donat. in 6.*  
 Inanis est actio, quam inopia debitoris ex-  
 cludit. *c. 16. de Restitut. Spoletat.*  
 Incivile protecto est, quemquam jus sibi  
 dicere. *L. un. C. Ne quis in sua caus. L.  
 10. tit. 4. p. 3.*  
 Jus totum per minimam facti mutationem  
 mutatur. *L. 31. ff. de Excusat. Tutor.*  
 In Legibus magis simpliciter, quam cõ-  
 sultas placere debet. *§. 7. Inst. de Fidei-  
 com. hered.*  
 In dubijs semitam oportet eligere tutio-  
 rem. *c. 12. c. 18. de Homicid.*  
 In dubio non præsumitur donatio, cum  
 nullus bona præsumatur donare. *L. 25.  
 ff. de Probation.*  
 In medio consilium virtus, quando extrema  
 sunt vitiosa. *L. 6. §. fin. ff. de Offic. Pro-  
 consul.*  
 In dubio pro Judice præsumitur. *c. 7. de  
 Probation.*  
 Intentio implicita idem operatur ac ex-  
 pressa. *L. 3. ff. de Rebus credit.*  
 Ignorantia mater cunctorum errorum  
 maximè in Sacetdoribus Dei vitanda  
 est, qui docendi officium in populis sus-  
 ceperunt. *c. 1. D. 38.*  
 In quacumque arte ejus peritis fides adhi-  
 benda est. *c. 4. de Probat. L. 12. ff. de  
 Statu hom. L. 8. tit. 14. p. 3.*  
 Juramentum ita interpretatur, ut non  
 obliget, nisi res in eodem statu perma-  
 net. *c. 25. de Jur. jur.*  
 Judex debet pœnam in jure statutam in-  
 fligere, si nulla in jure statuta reperia-  
 tur, pro arbitrio imponet. *c. 4. §. 1.  
 de Offic. Delegat.*  
 In dubio non præsumitur delictum. *L. 5.  
 ff. Pro socio.*  
 Inferior Superioris Legem infringere ne-  
 quit. *c. 16. de Majorit. & obed.*  
 Jus ex facto oritur. *L. 4. tit. 16. lib. 2.  
 R. C. L. 52. §. 2. ff. ad Leg. Aquil.  
 junct. Glos.*  
 Indignum est, aliquem infirmare, quod  
 sua voce dilucide potestatus est, pro-  
 prio

prioque testimonio resistere. *L. 13. C. de  
 Non numerat. pecun.*  
 In alieni, secus proprii, ignorantia facti  
 tolerabilis est error. *L. fin. in fin. ff.  
 Pro suo.*  
 Injuria nequam debet nasci unde jura  
 nascuntur. *c. 17. de Accusat.*  
 Integrum prorsus est judicium, quod plu-  
 rimorum sententia confirmatur. *c. 22.  
 de Offic. delegat.*  
 In præmijs, & dignitatibus conferendis,  
 potius quam generis, virtutum nobili-  
 tatis, vitæque honestas debent attendi.  
*c. 36. de Præbend.*  
 In persona infami indignè dignitas collo-  
 catur. *c. 3. D. 81. c. 11. de Excessib. Pnal.*  
 In dubio consuetudo loci est attendenda:  
 quod si hæc varia sit, ea potius atten-  
 ditur, quæ magis rationabilis est, &  
 alijs minus præjudicat. *c. 6. de Consuet.*  
 Inimicitia bene loquendo extinguntur. *c.  
 89. 11. q. 3.*  
 Inter amorem strepitum silent Leges.  
*L. un. C. de Caduc. tollend.*  
 Interfessile videtur, qui cum potuisset,  
 noluit liberare. *c. 6. de Homicid.*  
 Integritas Præsidentium salus est subdito-  
 rum. *c. 5. D. 61.*  
 In obiculis, vel dubijs id est sequendum,  
 quod Legibus non sit contrarium. *c. fin.  
 D. 14.*  
 In omnibus quidem, maximè tamen in  
 jure equitas spectanda est. *L. 90. ff. de  
 Reg. jur.*  
 In ambiguis orationibus maximè spectan-  
 da est sententia ejus, qui eas pronun-  
 ciat. *L. 96. ff. de Reg. jur.*  
 In hæredem non solent actiones transire,  
 quæ pœnales sunt ex maleficio. *L. 111.  
 §. un. ff. de Reg. jur.*  
 Imperia culpæ adnumeratur. *L. 132.  
 ff. de Reg. jur.*  
 Is damnus datur, qui jubet dare. *L. 169.  
 ff. de Reg. jur.*  
 In vanitate, & obscuritate sensus ambu-  
 lant, qui sacularibus disciplina, &  
 Gentilium, & Poetarum figmentis cu-  
 riosius incumbunt. *c. 3. D. 37.*  
 Jura non constituuntur de his, quæ raro  
 sed de his, quæ communiè, frequen-  
 terque eveniunt. *L. 4. L. 5. L. 6. ff. de  
 Legib.*  
 In omnibus causis pro facto accipitur, id,  
 in quo per alium mora est, quo minus  
 fiat. *L. 39. ff. de Reg. jur.*  
 Juramentum sequitur naturam actus, cui  
 accedit. *c. 25. de Jur. jur.*  
 Juramentum non debet esse vinculum  
 iniquitatis. *c. 69. de Reg. jur. in 6.*

Incola dicitur, qui in aliquam Regnem  
 domicilium suum contulit. *L. 239. §. 2.  
 ff. de V. S.*  
 Jurans obedire Prælato, & Ecclesiæ, non  
 Clero Diocesano, sed Capitulo Eccle-  
 siæ Cathedralis obedire tenetur. *c. 19.  
 de V. S.*  
 Jus nostrum non patitur eundem in pa-  
 ganis, & testato, & intestato decessisse.  
*L. 7. ff. de Reg. jur.*  
 Jura sanguinis nullo Jure Civili dirimi  
 possunt. *L. 8. ff. de Reg. jur.*  
 Id quod nostrum est, sine facto nostro ad  
 alium transferri non potest. *L. 11. ff. de  
 Reg. jur.*  
 In errorum barathrum faciliè ruunt, qui  
 conceptus proprios Patrum definitio-  
 nibus anteponunt. *Extrav. de Religio-  
 domib. Joann. XXII.*  
 In ipso causa initio non est a questionibus  
 inchoandum. *c. 6. de Reg. jur.*  
 In pari delicto, vel causa potior est condi-  
 tio possidentis. *c. 65. de Reg. jur. in 6.  
 L. 128. ff. cod.*  
 In malis promissis fidem non expedit ob-  
 servari. *c. 69. de Reg. jur. in 6.*  
 In alternatis debitoris est electio, & sus-  
 ticiat alterum adimpleri. *c. 70. de Reg.  
 jur. in 6.*  
 Iteratum non intelligitur, quod ambigitur  
 esse factum. *c. 3. de Presbyt. non baptiz.*  
 Ille condemnat, qui potest absolvere. *c.  
 27. 24. q. 1.*  
 Ignorantia non habet locum in his, quæ  
 publice fiunt. *c. fin. qui matrim. accus.*  
 Indignum est dare Deo, quod dignatur  
 homo. *c. fin. D. 49.*  
 In Omnipotentis Dei judicio, non quid,  
 sed a quo datur, inspicitur. *c. 53. q. 7.*  
 In uno, eodemque officio non debet esse  
 dispar professio. *c. 22. 16. q. 7.*  
 Infideles non possumus Christo lucrari, si  
 eorum colloquium vitamus, & convi-  
 vium. *c. 17. 23. q. 4.*  
 In arduis negotijs graves, expertoque vi-  
 ros nostris consilij adhibere participes  
 debemus, & cum eis communi de hoc  
 deliberatione pensare. *c. 119. 1. q. 1.*  
 Incongruum est, quod cum uno offi-  
 cium pro sui magnitudine diligentè  
 quis non potest explere, ad duo videat-  
 ur idoneus. *c. 38. 16. q. 1.*  
 In elemosyna, & liberalitate modus ad-  
 hibendus est rerum, & personarum:  
 rerum, ut non omnia uni, sed singulis  
 quedam præsentur, ut pluribus pro-  
 desse possimus: personarum, ut pri-  
 mum iustis, deinde peccatoribus, qui  
 bus tamen dare proiubemur, non qua  
 ho-

homines sunt, sed quia peccatores. c. 6. *S. In ipsa, D. 86.*  
 In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum: quod incaute vovisti, ne facias: impia enim est promissio, quae scelerè adimpletur. c. 5. 22. q. 4.  
 Incompositio corporis inaequalitatem indicat mentis. c. *fin. S. scut, D. 41.*  
 In lata gente gloria Regis est, in diminutione contritio Principis. c. 11. V. *Item David, 1. q. 4.*  
 Ingratitudo omni jure reprobatur. c. 62. 12. q. 2.  
 Judicantem oportet, cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere, & tamdiu actio ventilerur, quouque ad rei veritatem perveniatur. c. *fin. 30. q. 5.*  
 Judices, qui antequam intelligant, judicant, in labyrinthum erroris impingunt. c. 1. D. 29.  
 Judicet ille de alterius errore, qui non habet quod in se ipso condemnet: judicet ille, qui non agit eadem, quae in alio putaverit puniendae. c. 4. 3. q. 7.  
 Judex non debet esse facilis ad credendum, nec ad vindictam ferendam. c. 23. D. 86.  
 Judex in loco judicij debet conscientiam, quam de domo portavit deponere, & secundum allegata, & probata procedere. c. 4. 3. q. 7. c. 2. *de Offic. Ordin.*  
 Judicium humanum pervertitur timore, cupiditate, odio, & amore. c. 78. 11. q. 3.  
 In bellis jure culpatur nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, impacatus, atque implacabilis animus, feritas rebellandi, & libido dominandi. c. 4. c. 23. q. 1.  
 Injuria propriae personae cum patientia, & gaudio est sustinenda, sed injuria Dei accerrime est ulciscenda. c. 26. *S. Potest, 23. q. 4.*  
 In qualibet Communitate, quantumcumque Sancta, aliqui mali reperiuntur. c. 9. D. 47.  
 In dubijs benigna interpretatio fieri debet. c. 21. *de Jur. jur.*  
 Judex, si quid à litigatoribus, vel ab his, qui negotijs assunt, minus fuerit dictum, id supplere, & proferre quod sciat debet, quod Legibus, & juri publico convenit. *L. un. C. Ut qua desunt Advocatis.*  
 In electione non dignitas, sed numerus elegantium attenditur. c. 22. *de Elect.*  
 Idoneus quilibet praesumitur donec contrarium probetur. c. *fin. de Praesumpt.*

Jus Canonicum per Civile juvatur, & e contra. c. 1. *de Novi oper. nuntiat.*  
 In poenis infligendis debet Judex dignitatis, & personae deferre. c. 28. *de Offic. Delegat.*  
 Inter vincula aequalis roboris prius praevaleat posteriori. c. 22. *de Sponsal. & matrim.*  
 In causa appellationis potest utraque pars non allegatum allegare, & non probatum probare. *L. 4. C. de Tempore appellat.*  
 Judex in adeundo facilem se praebat, sed contemni non patitur: In cognoscendo, neque excandescere adversus eos, quos malos putat, neque precibus calamitosorum inlachrymari oportet: id enim non est constantis, & recti Judicis, cujus animi motum vulrus atregit. Et summam ita jus reddi debet, ut auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat. *L. 19. ff. de Offic. Praesid.*  
 In pluribus eventibus quot capita tot sententiae. c. 151. *de Conf. D. 4. Extrav. 1. de V. S. Joann. XXII.*  
 In re communi prior est conditio prohibentium. c. 56. *de Reg. jur. in 6.*  
 In judicijs non est acceptio personarum habenda. c. 12. *de Reg. jur. in 6.*  
 Ignorantia facti, non juris excusat. c. 13. *de Reg. jur. in 6.*  
 Indultum à jure beneficium non est alicui auferendum. c. 17. *de Reg. jur. in 6.*  
 In obscuris minimum est sequendum. c. 30. *de Reg. jur. in 6. L. 34. ff. eod.*  
 Imputari non debet ei, per quem non stat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum. c. 41. *de Reg. jur. in 6.*  
 Is, qui tacet non fatetur, sed nec utique negare videtur. c. 44. *de Reg. jur. in 6. L. 142. ff. eod.*  
 Is, qui in jura succedit alterius eo jure, quo ille uti debebit. c. 46. *de Reg. jur. in 6.*  
 In poenis benignior est interpretatio faciendae. c. 49. *de Reg. jur. in 6.*  
 Intestatus est, non tantum qui testamentum non fecit, sed etiam cujus ex testamento hereditas adita non est. *L. 6. ff. de V. S.*  
 In argumentum trahi nequeunt, quae propter necessitatem aliquando sunt concessa. c. 78. *de Reg. jur. in 6.*  
 In toto partem non est dubium contineri. c. 80. *de Reg. jur. in 6.*  
 Immoderata correctio, vel poenitentia, vel severitas facit deteriores. c. 6. & 16. *D. 45. c. fin. D. 4.*

In

In generali concessione non veniunt ea, quae quis non esse verisimiliter in specie concessurus. c. 81. *de Reg. jur. in 6.*  
 Infamibus portae non pateant Dignitatum. c. 87. *de Reg. jur. in 6.*  
 In omnibus actionibus, in quibus dies non ponitur, praesenti die debetur. *L. 14. ff. de Reg. jur.*  
 Is, qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur. *L. 15. ff. de Reg. jur.*  
 In eo, quod, vel is, qui petit, vel is, à quo petitur, luero facturus est, durior causa est petitoris. *L. 33. ff. de Reg. jur.*  
 Indignum est, & à Romanae Ecclesiae consuetudine alienum, ut pro spiritualibus facere quis homagium compellatur. c. *fin. de Reg. jur.*  
 In notarijs ordinem judiciarium non servari per omnia ipsa ratio juris postulat, & requirit. c. 21. *de Jur. jur.*  
 In gradu ceteros antecedit, quem stipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire. *L. 2. C. de Officio Magistris officiorum.*

**L**

454 Limitata causa limitatum producit effectum. *L. 16. ff. de Acquir. rer. domin.*  
 Legibus, non exemplis judicandum est. *L. 13. C. de Sentent. & interloc.*  
 Lex praesumit, pecuniam non esse numeratam, utcumque Chirographum hoc testetur. *L. 3. C. de Non numer. pec.*  
 Leges rebus, non verbis impositae sunt. *L. 2. C. Commun. delegat.*  
 Lex quamvis dura servanda est. *L. 12. §. 1. ff. Qui, & à quib.*  
 Locutio indefinita aequivalet universali. *L. 23. ff. de Servit. praedior. urban. L. 44. ff. de Leg. 2.*  
 Lex generaliter loquens generaliter intelligenda est. *L. 8. ff. de Public. in rem actio.*  
 Lex Divinae Constitutionis Apostolicam Cathedram totius possit Orbis terrarum Magistratam, ut quidquid ubique locorum dubitatur, ab ea ratio ejusdem requiratur. c. 18. 27. q. 2.  
 Lex correctio, & exorbitans non ampliat à paritate, quin nec à majoritate rationis. *L. 14. ff. Legib.*  
 Laicis obsequendi adest necessitas, non

authoritas imperandi. c. 23. 16. q. 7.  
 Loca exempta locis extraneis purificantur. c. 6. 18. q. 2.  
 Laici communiter Clericis infecti sunt. c. 5. 2. q. 7.  
 Libertas omnibus rebus favorabilior est. *L. 122. ff. de Reg. jur.*  
 Loca sine gratia Dei animam salvare non possunt: nam Loth in ipsa perverfa Civitate fuit justus, in monte peccavit. Quid enim Paradiso jucundus? quid Caelo securus? & tamen homo ex Paradiso, & Angelus de Caelo peccando cecidit. c. 10. D. 40.  
 Locus regiminis desiderantibus negandus est, & fugientibus offerendus. c. 9. 8. *quest. 1.*  
 Lex debet esse justa, honesta, possibilis, secundum naturam, secundum Patriae consuetudinem, loco, temporique conveniens, utilis, manifesta, nullo privato commode, sed pro communi Civium utilitate conscripta. c. 2. D. 4.  
 Leges factae sunt, ut earum metu humana coerecetur audacia, tutaque sit inper improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refranctur nocendi facultas. c. 1. D. 4.  
 Lex Naturae omnia communia fecit, sed jure humano facta est divisio. c. 1. D. 8. c. 2. 12. q. 1.  
 Leges Divinae, & Humanae, & malis poenam, & bonis praemia, justitia suadente, consistunt. c. 42. 23. q. 5.  
 Lex opus inspicit, non voluntatem. c. 13. 15. q. 1.  
 Legis auxilium frustra invocatur, qui committit in Legem. c. 23. *de Election. c. 14. de Usur.*  
 Legislator bene potest, & quidem solus in Jure Communi dispensare. c. 4. *de Con. es. praebend.*  
 Locupletari non debet quis cum alterius injuria, vel factura: c. 48. *de Reg. jur. in 6. L. 14. ff. de Con. es. indub.*  
 Lites quantum fieri possit abbreviandae, quin & vitandae sunt. c. 5. *de Dolo, & contum.*  
 Litus est quovisque maximus fluctus à mari pervenit. *L. 96. ff. de V. S.*  
 Librarij error non nocet Authori. *L. 92. ff. de Reg. jur.*  
 Lata culpa est nimia negligentia, id est, non intelligere, quod omnes intelligunt. *L. 213. §. fin. ff. de V. S.*  
 Locuples est, qui satis idonee habet pro magnitudine rei, quam actor restituendam esse petit. *L. 234. §. 1. ff. de V. S.*

Lis

Lis mora dicitur, cum fuerit contestata. *c. 30. de V. S.*  
 Libertas inestimabilis res est. *L. 106. ff. de Regul. jur.*

## M

455 Manifesta accusatione non indigent. *c. 9. de Accusat.*  
 Magis expedit Reipublicæ firmas, & permanentes habere Leges, quam prætore meliorum sæpe mutare. *L. 2. ff. de Constit. princip.*  
 Melius est intacta jura servare, quam post vulneratam causam remedium quaerere. *L. fin. C. In quib. caus. in integ. restit.*  
 Mixtum sub simplicibus continetur. *L. 13. ff. de Liber. & posthum. L. 81. ff. de Hered. instit.*  
 Mandatum rei turpis nullum est. *L. 22. §. 6. ff. Mandat.*  
 Mandatum re integra morte mandatarij, vel mandantis finitur. *L. 15. C. Mand.*  
 Mors omnia solvit. *Auth. de Nupt. §. de Inces. col. 4.*  
 Malorum consortia sæpe bonos corrumpunt: quanto magis eos, qui ad vitia proni sunt? *c. 12. 28. q. 1.*  
 More Romano dies à media nocte incipit, & sequentis noctis media parte finitur. Ita quilibet in his 24. horis (id est, duabus dimidiatis noctibus, & luce media) actum est, perinde est, ac si quavis hora lucis actum esset. *L. 8. ff. de Ferijs.*  
 Multa per patientiam tolerantur, quæ si deducta fuerint in iudicium, exigente iustitia, non debent tolerari. *c. 18. de Præbend.*  
 Mandatum speciale derogat generali. *c. 1. de Rescript.*  
 Malitia sæpe supplet ætatem. *c. 9. de Dispensat. impuber.*  
 Multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent. *c. 16. de Regul. jur.*  
 Multorum experimenta morborum cogunt multas invenire medicinas. *c. 25. D. 50.*  
 Multa pro utilitate communi contra juris asperitatem ex æquitate mansuetudine, tolerari decet. *c. 3. de Sentent. & re judic. in 6.*  
 Melius est habere rem, quam actionem ad illam. *L. 204. ff. de Reg. jur.*  
 Manifesta peccata non sunt occulta tantum correctione purganda. *c. 1. de Penitent. & remis.*

Mendax precator carere debet penitus impetratis. *c. 20. de Rescript.*  
 Multo utilius est pauca idonea effundere, quam multis inutilibus homines prægravare. *L. 2. §. 16. C. de Veter. jur. enucl.*  
 Manifestum dicitur de quo constat per confessionem, vel probationem legitimam, vel rei evidentiam. *c. 23. c. 24. de V. S.*  
 Melior conditio nostra per servos fieri potest, deterior fieri non potest. *L. 133. ff. de Reg. jur.*  
 Minus est actionem habere, quam rem. *L. 204. ff. de Reg. jur.*  
 Magis dignum trahit ad se minus dignum. *L. 43. ff. de Rei vindicac.*  
 Mali à malo procul sunt prohibendi, & cogendi ad bonum. *C. fin. 23. q. 4.*  
 Melius est pro veritate pari supplicium, quam pro adulatione recipere beneficium. *c. 81. 11. q. 3.*  
 Miscenda est profecto lenitas cum severitate, faciendumque quoddam ex utraque temperamentum, ut neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate solvantur. *cap. 9. D. 45.*  
 Melior est in male factis humilis confessio, quam in bonis superba gloriatio. *c. 89. 11. q. 3.*  
 Mitius agendum est cum eo, qui commisit facinus facili confessione est confessus. *c. 3. D. 50.*  
 Mala consuetudo non minus, quam perniciofa corruptela radicibus est evellenda. *c. 3. D. 8.*  
 Melius est pro misericordia rationem reddere, quam propter crudelitatem. Ubi enim Paterfamilias largus est, dispensator non debet esse tenax. Si Deus benignus est, ut quid Sacerdos ejus austerus? *c. 12. 26. q. 7.*  
 Miserum est Magistrum fieri, qui nunquam Discipulus fuit, & summum fieri Sacerdotem, qui nunquam in ullo gradu obsecutus fuerit Sacerdoti. *c. 4. D. 61.*  
 Mali etiam inviti viam salutis juxta Evangelicam veritatem compellendi sunt intrare. *c. 38. 23. q. 4.*  
 Mulier quamvis docta, & sancta viros in conventu docere non præsumat. *c. 29. D. 23.*  
 Mali hospites, qui hospitibus male remunerant sunt, sicut mus in pera ignis in sinu scerpens in gremio. *c. 1. 13. q. 1.*  
 Miserabilis est Rector, qui gubernacula

locum occupavit, & remum tenere non novit. *c. 7. D. 40.*  
 Mercenarius utique est Prælati, qui plus diligens proprium commodum quam ovium, videns lupum oves relinquit. *c. 48. 7. q. 1.*  
 Multa in jure contra rationem disputandi pro utilitate communi recepta sunt. *L. 51. §. 2. ff. ad Leg. Aquiliam.*  
 Mare pars terræ proximioris censetur, & ad ejus Principem spectat; arg. *L. 9. ff. de Judicijs.*  
 Mora sua cuilibet est nociva. *c. 25. de Reg. jur. in 6. L. 173. §. 2. ff. eod.*  
 Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum. *c. 33. de Reg. jur. in 6. L. 75. ff. eod.*  
 Muneris nomine veniunt donum, onus, & officium. *L. 18. ff. de V. S.*  
 Minus solum intelligitur, etiamsi nihil esset solum. *L. 32. ff. de V. S.*  
 Magna negligentia culpa est, magna culpa dolus est. *L. 226. ff. de V. S.*  
 Munus publicum est officium privati hominis, ex quo commodum ad singulos, univertioque cives, remque eorum imperio Magistratus extraordinario pervenit. *L. 239. ff. de V. S.*

## N

456 Non creditur Legato, seu Commisario, nisi litteras Legationis, vel Commissionis ostendat. *C. fin. D. 97.*  
 Nemo tenetur se ipsum prodere. *c. 1. de Probation. c. 87. de Penit. D. 1.*  
 Non præsumitur incontinens in senectute, qui in juventute continuit, maxime, si est literatus. *c. 25. de Præsump.*  
 Nemo est Dominus membrorum suorum. *L. 13. ff. ad Leg. Aquil.*  
 Nullius testimonio, etiamsi Religiosus sit, nisi juratus deposuerit, in alterius præjudicium debet credi. *c. 51. de Testib.*  
 Nulla dicitur actio, quæ exceptione repellitur. *L. 25. ff. de Verb. Obligat.*  
 Nemo invitus uti cogitur privilegio. *c. 6. de Privileg.*  
 Non fit pauperior, qui non acquirit, sed qui de patrimonio suo deposuit, si vè dedit. *L. 5. §. 13. ff. de Donation. inter vir.*  
 Novis morbis nova convenit antidota præparari. *c. 5. de Juram. calumn.*  
 Nemo potest facere, quominus Leges locum habeant in suo testamento. *L. 55. ff. de Legat. 1. Tom. II.*

Nemo censetur velle dare, quod non habet. *c. 7. de Donat.*  
 Natura non patitur aliquem locupletior fieri cum alterius jactura. *L. 14. ff. de Condit. in debitor. L. 206. ff. de Reg. jur.*  
 Negantis factum nulla est probatio. *c. 23. de Election. c. 11. de Probat.*  
 Nemini facit injuriam, qui suo jure utitur. *L. 13. §. 1. ff. de Injur.*  
 Notoria probatione non indigent. *c. 34. de Testib. cogend. c. 8. de Cohabitat. Clericor.*  
 Nullus, despectis alijs, debet se solum sanctum esse credere, & sapientem. *c. 27. de Conf. D. 3.*  
 Nullus censetur voluisse, quod non expressit. *c. 12. de Decim.*  
 Non infringitur promissio, quæ in melius commutatur. *c. 3. de Jur. jur.*  
 Non spectandum est, quid Romæ factum est, sed quid Romæ fieri debeat. *L. 12. ff. de Offic. Præsidi. c. 27. de Election.*  
 Non est laudabilis Tyrannæ factionis perversitas, si Regia clementia Tyrannus subditos tractet: nec vituperabilis ordo Regiæ potestatis, si Rex crudelitate tyrannica sæviat. *c. 9. 14. q. 5.*  
 Nullius entis nullæ sunt qualitates. *L. 41. ff. de Rebus credit.*  
 Nulli debet suum officium esse damnosum. *c. 30. de Election. in 6.*  
 Nulli fraus sua, vel dolus patrocinari debet. *c. 15. c. 16. de Rescript. c. 14. de Testament.*  
 Non debet reprehensibile judicari, si secundum varietatem temporum statuta quandoque varientur humana, præsertim, cum urgens necessitas, aut evidens utilitas id exposcit. *c. 8. de Consanguin. & affinit.*  
 Nemo suis stipendijs militare tenetur. *c. 16. de Præbend.*  
 Nulla juris sanctio, quantumcumque peremptio digesta consilio ad humanæ naturæ varietatem, & machinationes ejus inopinabiles sufficit: nec ad decisionem lucidam suæ nodosæ ambiguitatis attingit. Eo præsertim, quod vix aliquid adeo certum, clarumque statuitur, quin ex causis emergentibus, quibus jura jam posita mederi non possint, in dubium revocetur. *Proxm. Clement.*  
 Non semper (licet regulariter accidat) una determinatio respiciens plura determinabilia pariformiter determinat. *L. 2. ff. de Offic. Proconsul.*